



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Metropolis Salisbvr gensis

Continens. Fvndationes Et Erectiones Monasteriorvm, Et Ecclesiarum  
Collegiatarum, &c. per Boiarum, ac loca quædam vicina

**Hund, Wiguleus**

**Monachii, 1620**

Additiones.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13591**

nalium, fol. 728. & in vulgari sua translatione, Deinde Monasterium hic in Præposituram abiit, quam Princeps plerumque alicui ex aulicis Sacerdotibus confert, qui ibi Vicarium habent, absque vlla animarum cura, quæ ad Parochiam Flinspach ditionis prædictæ in Falckenstein pertinet.

## ADDITIONES.

**I**N nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. *Albertus* Dei gratia *Frisingensis* Ecclesiæ Episcopus. Cum quæcunq; res gestæ cognitionem sui ad potteros & longam memoriam transmitti desiderant, scriptis expediri debere nõ dubium est. Inde est quod nos quoque eam quæ circa cellam sancti *Petri* in monte *Maderand* fitam, à nobili viro *Sigibotone* Comite facta est, traditionem & mutuam pactiõnem, præsentì scripto curauimus annotare. Præfatus siquidem Comes pro remedio animæ suæ omniumque parentum suorum, quicquid proprietatis seu iuris in eodem monte vel in præfata cella habere videbatur, super altare beatæ *Mariæ* sanctique *Corbiniani*, cuius vicem nos licet indigni tenemus, delegauit, cum omnibus ad eundem locum ritè pertinentibus, ac prædiis quæ sua propria familia prænominatæ cellæ iam tradidit. Suum quoq; assensum & conuientiã spondit, quicquid in posterum alicui de suis ad idem Cœnobium, seu de mobilibus, seu de immobilibus, seu de mouentibus, mouentibus, contradere libuisset. Nos ergo eius deuotioni præq; voluntati debita beneuolentia respondendũ duximus, eundẽ locum vna cum dilectis fratribus nostris maioris Ecclesiæ Canonicis suscipientes; decreuimus eum ab omni oppressione & exactione liberum esse, solis diuinis obsequiis cum Monachis & fratribus qui inibi Deo in perpetuum famulari debent, mancipatum. Statuimus quoque vt si fortè per diuinam opitulationem incrementum acceperit maioris & celebrioris Monachorum Conuentus, liberam eos habere deliberationem in eligendo sibi Abbate vel Priore. Sanè donec & rebus & numero prouehatur, per nos & fratres nostros Canonicos adhibito assensu illius congregationis Prælatum in eligendo . . . quoque prouideatur, qui disciplinæ Monasticæ normam & in se cognoscatur habere, & aliis verbo & exemplo præesse valeat & prodesse. Porro . . . Comes *Sigiboto* quod vixerit seu de manu nostra seu nostrorum successorum susceptam . . . ministrare eidem que in prole sua quæ per masculinum sexum ab illo recta linea descendit, obseruandum decernimus, videlicet vt iure successionis eandem teneant aduocatum, ita tamen vt iuxta officium suum ita bonis prouideant, malos coherceant, ne in extremo examine æterni iudicij pœnas luan. Vt autem huius traditionis atque, pactiõnis contractus, communi totius Ecclesiæ nostræ assensu roboratus firmus & inconuulsus omni tempore perseueret, hanc inde chartam conferribi, & sigilli nostri impressione signari, manuque propria vt infra apparet corroborantes testes quoque subternotari fecimus. Quorum hæc nomina sunt: *Rapoto* Abbas S. *Stephani*, *Lotharius* Abbas *Rotensis*. *Hermannus* Præpositus nouæ cellæ, *Engilfalcus* Decanus maioris Ecclesiæ, *Herrant* archipresbyter. *Otto* Archidiaconus & Præpositus S. *Andræ*, *Albuno* Præpositus sancti *Casuli*. *Arnoldus* Archidiaconus. *Hartmut* archipresbyter. *Rudolf*, *Vgo*, *Leupolt*, *Berchtolt*, & cæteri. De Laicis *Friderich* de *Paingen*, *Waltman* de *Pastperc*, & filius eius *Rudolf* de *VV* aldeke, *Meginhart* de *Ainspach*, *Conrad* de *Heidoluingen* & cognatus eius *Froidiliep*, *Friderich* de *Hegelingen*, *Eberhart* de *VVerde*. *Adelolt*, *Rudolf* & frater eius *Gervovic*, *Fritido* & fratres eius *Cûrat* & *Sigihart*, *Alberich* de *Elhpach*, & frater eius *Sigiboto*, & multi alij. Signum Domini *Alberti* Episcopi.

Metrop. Salisb. Tom. III.

i

Actum



Ex originali  
desumptus  
est impres-  
sus . . . . .  
est sigillum  
Episcopi Al-  
berti in ce-  
ra. C. C.

Actum *Frisingae* an, incarnationis Dñi M. C. LXIII. anno autem Domini  
Friderici Rom: Imp. feliciter amen.

**N**OS *Rudolfus* Dei gratia Comes Palatinus *Rheni*, Dux *Bavariae*, notū facimus  
præsentium inspectores vniuersis, quod cum *Ludouicus* de *Haslangen* ser-  
uitor noster bona sua & homines, videlicet vnam hubam in *Fagen*, vnam hubam  
in *Wellensheim* super monte dicto *Vrsenberch*, duas domos decimales in *Tegern-  
dorf*, & *Heinicum*, & fratrem suum de *Misterkirchen*, quæ à nobis tenuit in feudū  
ad manus nostras liberè resignarit, nos in remedium animæ nostræ ac progeni-  
torum nostrorum, & supplicem instantiā prædicti *Haslangeri* proprietatem præ-  
dictorum bonorum & hominū Dño venerabili Præposito & Ecclesiæ montis  
*S. Petri* dedimus & damus, donauimus & donamus, tradidimus ac tradimus ac  
dominium pleno iure transtulimus ac transferimus pro nobis ac illustri *Lodouico*  
fratre nostro carissimo in eisdem. Renunciantes præsentibus omni iure, siue ac-  
tioni, pro nobis & dicto fratre nostro, quæ nobis competere t, vel possent com-  
petere in bonis & hominibus supra dictis. In cuius rei testimonium præsentem  
damus, sigilli nostri robore communitas, Datum *Monaci*, an, Dñi M. CC, LXX-  
XXV. XI. Kln. Febr.

Lapidi Altaris in Monte *S. Petri*, sequentia verba  
incisa leguntur,

**H**OC Altare fecit Comes *Siboto* peccator. Dedicatum est autem Anno ab in-  
carnatione Domini M. C. XXXIX. in honore Domini nostri *Iesu Christi*,  
& S<sup>æ</sup>. Dei genitricis *Mariae*, à Venerabili *Ottone Frisingen*. Ecclesiæ Episcopo, pri-  
mo Episcopatus eius anno. Hæc autem continentur in eo reliquæ: *Petri* Aposto-  
li, *Pangracij* M. *Cypriani* M. *Laurentij* M. *Georgij* M. *Leonardi* Confessoris, *Egidij* Con-  
fess. *Margarethe* Virg. & Martyr. *Felicitatis* M.

Catalogum Præpositorum, huius Monasterij seu Ecclesiæ Præla-  
torum integrum perfectumque exhibere minime licuit; quamuis voluntati  
industria quoq; & laboris assiduitas manus porrexerit fideles. Quo-  
rum vero memoria erui potuit, perpetua vr ea sit, eorum  
nomina subsequuntur,

PRÆPOSITI.

- I. CHVNRADVS an. 1273.
- II. HAINRICVS an. 1295. 1297.
- III. PERCHTHOLDVS an. 1314.
- IV. MAVRITIVS.
- V. SIMON.
- VI. VLRICVSD. Erefinger. an 1305.
- VII. SCHMIDHAUSER.
- VIII. GEORGIVS Eisenreich L. Decanus ad S. Petrum Monachij
- IX. BALTHASAR Hundertpfund D. an. 1493.
- X. IACOBVS Rapperzeller de Rapperzell, an. 1523. an. 30. 25. an. 22.
- XI. GVILIELMVS Greuter Canon. Cathedral. Frising. an. 1432. 1453.

XII. AR-

- XII. ARSATIVS Prunner Iur. D. Canonicus Frisingen. an. 1547. an. 1543.  
ann. 1547.
- XIII. GEORGIUS Comes ab Ortenburg Præpositus Cathedralis Ecclesiæ  
Frising. an. 1553. 1552.
- XIV. Dn. ANTONIVS. Erfinger, Decanus ad S. Petrum Monachij.
- XV. Dn. CONDADVS Houer Capellanus aulicus Monac. an. 54. 55. 63. 67.
- XVI. Dn. GEORGIUS Lautherius SS. Theol. Doct. adhuc an. 80. Præposi-  
tus postea ad D. virginem Monachij, Confilia.
- XVII. Dn. SEBASTIANVS Franz S. Theol. Licent. Decanus ad D. Virgi-  
nem Monachij an. 1580. Confiliar.
- XVIII. Dn. WOLFGANGVS Castner à Schnaittēbach SS. Theol. D. Confili-  
ar. Ecclesiasticus adeptus est Præposituram die 3. Augusti an. 1605.

**N**ea cta hominum labente tempore simul labantur cum tempore, seu per in-  
uidorum conamina euanescent, necessario ea literarum ac testium memo-  
ria eternantur. Vniuersis igitur huius pagine inspectorib. tam modernis quam  
successorib. pateat per hoc scriptum, quod ego *Gerdrudis* vidua & relicta Dñi  
*Heinrici* felicitis memoriæ de *Brandenberch* ob animæ meæ remedium nec non iam  
dicti H. pię recordationis de *Brandenberch*, & aliorum progenitorum meorum al-  
lodium situm in *Griezzenzpach*, ad me donationis titulo pertinens, quod *Margne-  
gab* vulgariter nuncupatur, cultum & incultum, quæsitum & inquisitum cum  
oibus actinentiis, Ecclesiæ S. *Petri* in monte liberaliter & absolute ordinavi, te-  
stata sum, tradidi & legavi. In cuius itaq; traditionis testimoniū eternęq; rei me-  
moriā præsentē schedulā mei sigilli munimine cū subnoratis testib. tradidi ro-  
boratā. Testes sunt Dñs *Liebardus* Præpositus in *Weiern*; *Chunradus* Præpos. mon-  
tis S. *Petri*; *Ortlibus* Vicedominus, *Vlricus* plebanus de *Phaphenbouen*, *Rudgerus* Vica-  
rius de *Ebs*, *Chunradus* de *Ascharve*, *Ortolfus* liber de *Stering*, *Nicolaus* de *Rordarf*,  
*Ratholdus* *Chunr.* de *Wildenvvart*, *Chun. Churnhaimer*, *Ortolf* *Darspech*, *Rumoldus*, *Wil-  
halmus* in foro *Hartelinus* *Zorwo*. *Chun.* de Ecclesia S. *Iohannis* & alij quam plures.  
Acta sunt apud *Rosenhaim* an. Dñi M. CC. LXXIII. III. Idus Septembr. Indictione  
prima.

**N**Os *Cunradus* permissione diuina Præpositus montis S. *Petri*, Notum fieri vo-  
lum⁹ vniuersis, tā præsentib. quā futuris præsentia inspecturis, q. *Wernherus*  
dictus de *Aisnigen* consensu & voluntate hæredū suorum quoddā prædiū inder  
*Owe* dictum apud *Häppingen* situm Eccles. S. *Petri* in *Maderan*, pro salute animæ  
suæ & remedio parentum suorum libere & absolute delegauit, tali videlicet  
conditione interposita, quod prædicto *Wilhelmo* viuente, Eccles. præfato de eo-  
dem singulis annis media libra persoluatur, tandem vero memorato *Wilhelmo*  
viam vniuersę carnis ingrediente, præfatum prædiū Ecclesiæ S. *Petri* cum om-  
nib. suis prouentib. integraliter remanebit. Notum vero facimus quod *Nicolaus*  
filius *Wilhelmi* prælibati defendere habet sæpe dictū p̄diū sine periculo rerū ali-  
quarum interuenientium. Postquam vero perceperim⁹ *Vilhelmū* in nostro con-  
finio mortuum, Ecclesia S. *Petri* prædicta eundem tenetur suo labore & expen-  
ditione sepelire, & secum superuenientib. ad competentiam ministrare. Vt autē  
hæc delegatio perpetua gaudeat firmitate, p̄sentes cum testib. ascriptis sibi feci-  
mus sigilli nostri munimine roborari. Huius rei testes sunt Dns *Cunradus* pleban⁹  
dictus *Pranch* de *Chirdorf*, D. *Waltherus* Sacerdos dictus *Hobenraner*, *Cunradus* Sacer-  
dos dict⁹ *Knolle*; *Hainricus* Sacerdos dict⁹ *Sueuus*, *Albertus* soci⁹ Præpositi Sacerdos  
*Wigandus* Sacerdos, *Wernhardus* de *Aisnigen*, *Otto* de *Hobenrain* *Marckvvart* de *Vne-  
gen*, *Cunradus* *Gogelhan*, & alij fide digni. Acta sunt hæc anno Dñi M. CC. LXXIX.  
sexto Idus Februarij.

**N**Os *Rudolfus* Dei gratia Com. Palatinus *Rheni* Dux *Bavariae* notum facimus praesentium inspectoribus vniuersis, quod cum *Hertuicus* de *Flinspach*, ad praesens Iudex noster in *Chuffstain*, Ecclesiae S. *Petri* sita in Monte apud *Valchenstein* praedium in *Muelbinge*, quod a nobis in feudum tenuit, donauerit & tradiderit, nos proprietatem eiusdem praedij ob diuinae remunerationis intuitum, eidem Ecclesiae similiter donauimus & donamus, tradidimus & tradimus, ac ple- no iure dominij transtulimus in eandem, per ipsam Ecclesiam proprietatis titulo perpetuo possidendum. Dantes has litteras nostro sigillo munitas in testimonium super eo. Dat. *Monaci* anno Dni M. CC. nonagesimo septimo. III. Non. Augusti.

Allen den die diesen Brieff ansehen / den thue ich Otto vnd Chunrat von Hasel lang Richter daz Falchinstain chunt daz der Probst Her Hainrich ab S. Petersperch die wissen d zu Grieszenpach hört vor vns gihabt hat vö den Maier vñ den andern von Tüderflinspach vnd allen deren die sr such darauff haben gihat mit ganzer folge vnd vrtail / dez ist gezevge Otte vnd Chunrat von Haselang die waltige Richter waren Otte von Aising / Jacob von Prandenberch / Chunrat Scherig von Awerdorff / Friderich Panch / Friderich Seder / Hainrich Seder / Otte Seder / Tierrich Gelib / Gebhart Halpmeir / Hainrich von Chifcesfelt / Tierrich in der Chuchen / Fridrich Chrainer / Heinrich Chrainer / Hainrich Jhschiler / Hainrich Snider / Hainrich vnd Chunrat oben in dem Dorff / Gebhart Maier auff dem Pübel / Alber Wagner / Sibot Wagner / Philip Charel von Neunhausen / Schort Snider / Chonrat Chrancker / Daniel Pab in den Aineden / Bernher Chraslich Chnecht / Gebhart Zolner vom Defar / Hainrich Spörer / daz ist geschehen daz an Sant Gallen tage / Ulrich Schickh / Wehinger / Fridrich Schuster von Aising. Hæc acta sunt anno Dni M. CC. LXXXVIII.

**N**Os *Rudolfus* Dei permissione Decanus, Totumque *Schlisfen*. Ecclesiae Capitulum, profitemur & constare volumus praesentium inspectoribus vniuersis, quod cum *Fridericus*, pertinens iure proprietatis ad Montem S. *Petri* in *Maderan*, cum *Adelhaide* filia villici nostri *Hainrici* in *Vispach*, spectante ad nostram Ecclesiam matrimonium contraxisset propter bonum pacis & concordiae pueros siue haeredes quos per se progenuerint, vna cum dicta Ecclesia S. *Petri* decreuim⁹ & volumus aequaliter secundum ius patriæ diuidendos. In cuius rei testimonium praesentes scribi iussimus, & nostri sigilli munimine roborari. Datum in *Syers*, an. Dni M. CCC. V. in die memoriali omnium animarum.

**W**EH Haymeran der Haselinger Burgraff zu Valckenstein vnd ich Beatrix sein Haußfraw / vertehen für vns / für vnser Erben / vnd für all vnser Nachkommen offenbar an dem Brieff / vnd thun chunt allen den / die ihn ansehen oder hören lesen / daz wir haben angesehen die sunder Freundschaft vnd lieb / die vnser selig Vorfodern gehabt haben zu dem würdigen Gottshaus auff Sant Petersperg ze Maderan / vnd haben willklich mit guten fürtrechtigen muet / durch vnserer seligen Vorfodern vnd auch durch vnsern selb Seel vnd Selicheit willen / dem genanten geistlichen Gottshaus auffgeben vnserem besunder eigene hub die wir heten vnd die gelegen ist ze Bekkenhonen / vnd die Dirich der Pinchofer von vnsern wegen gepawt hat / mit allen den Ehren / rechten / vnd nützen die darzu gehören / vnd in aller der maz al wir sie selb inne gehabt haben / besuchte vnd vnbesuchte vnd inchtlich haben die auffgeopfert / dem Allmächtigen GOTT / in den ehren seiner lieben Mutter Maria vnser Frauen vnd dez H. Herrn Sant Andrech / vnd alle Gottes Heiligen / in der name vnd lobe / der Altar geschöpffe vnd geweiht ist / also mit der Selicheit / daz der Probst / dez obgenanten Chlosters oder die seligen Priester einer oder mehr die den Gottes

Gottesdienst daselbst verweisen / oder aufrichter sint / alle wothen an dem Montag auff dem Altar ein Mess ewiglich haben vnd begen sullen / oder doch einen andern Tag inn der Wochen / ob ja an dem nicht wo lgesein mag / an alle seumnuzz / vnnnd an alleit abganch / vns / vnnnd auch vnsern seligen Vorvordern zu einer gehetagnus / vnnnd zu einem Seelzeret / als wir die selben seligen Mess auff den ehgantien Altar mit der obgenanten huet bewiden vnnnd ewiglich bestatten / als wir daz den die bez volspringen vnd tuen sullen / empfelhen / hinc einen gewizzen / als sie Gott für vns darumben antworten sullen / vnnnd da verzeihen wir vns der vorgeschriben huet ze Bekkenhouen / das wir noch vnser Erben / noch niemandt vonn vnserm wegen dheim ansprach noch vorderumb darnach nimmermer gehalten sullen noch enntuegen / weder vil noch wenig / als wir daz hinc Gott gehetagen / bei vnsern trewen an gnerd / wir versprechen alich den obgenanten Gotzhauz vnd seinen pflegern / das wir in die hub verantworten vnd vertreten sullen / ant aller stat / wa in daz not geschicht / alz dez Landez recht ist / an allen ihren schaden / vnnnd darumb ze einem vrchunde / vnnnd ze einer bestatichheit / gib ich oft genanter Haymeran der Waselinger dem offgeschriben Gotzhauz den Brieff ver sigelt mit meinem Insigel / vnd mit dez erbergen Mannez Insigel Orten dez Ebser Pfleger ze Drennberch / als der daz ze einer gedächennuzz durch meiner vet willen daran gehengt hat / im an schaden / vnd daz vnder verpint ich mich / obgenante Bearir vnd alle vnser Erben / mit vnser trewen alsz daz ze volfürer / vnd stat gehalten / waz vor an di Brieff geschriben stat daz sint auch zeuge / Herr Ulrich der Pfarrer von Slingpach / Herr Hans der Hager Chapplan auff Sant Peterzperg Nicola der Chramer / Heinrich der Chnappe / Heinrich der Veder / vnnnd andere Erberge Leut genug / das ist geschehen / da man zelt von Christi gepurt dreuzehen hundert Jar / darnach in dem dreu vnd sechzigisten Jar / dez nächsten Samprtags vor der lieben vnser Frauen tag alz si ze Himmel fuer.

**A**ntiquus mos obtinuerat olim vt Parochiani quidam cum suis plebanis stantibus temporibus quotannis ad montem S. Petri processionem sollempnem instituerent. Et prima quidem in ordine processio talis, seu peregrinatio sollempnis fiebat à plebano in *Praittenbach* cum suis parochianis ipsa Dominica festum S. Bartholomæi proxime sequente. Secunda processio competebar plebano & parochianis in *Agaccht* & *Langchampen* Dominica post dictum festum secunda, Dominica tertia veniebant cum suo parcho, parochiani in *Oerl* & *Luzldorf* de *Diepserkirchen*. Quarta processio, fuit parochianorum in *Paeng* & *Holzhausen* Dominica quarta post S. Bartholomæi festum: & hi omnes parochiani sua dona S. Petro offerebant quisque pro sua deuotione & statu. Interciderat quidem mos iste, à multis retrò annis: posteaquam verò modernus Præpositus D. *Wolfgangus Castner* &c. Ecclesiam S. Petri montis *Madroni* insignibus picturis, ad imitationem earum quæ in Ecclesia B. Petri Romæ extant, factis aliisq; exornauit modis; reuixit quoque parochianorum deuotio, eaque subinde augetur: ac mos ille vetustus, de quo supra frequentatur.

## RETTENDORF.

**N**on longè à Ratisbona inter hostia Regni & Nabi Nariscorum, Ludouicus quartus Imperator, dictus Bauarus, sanctarum Virginû Monasterium dedicauit ac construxit. Auent. lib. 7. Annalium fol. 790. De quo plura non habeo.

## PFAFFENMVNSTER.

**C**OLLEGIATA Ecclesia Canonicoꝝ supra Straubingam fundatur cum Galis septem Monasteriis, per Vitlonem Ducem Bauariæ, instinctu S. Primi-  
Metrop. Salisb. Tom. II. 6